



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum  
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

**Kolb, Gregor**

**Rottwilae, 1725**

**VD18 12054054**

III. D. Maternvs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

## S E C U L U M II.

## III. D. MATERNVS.

**Q**ualis quantusque fuerit D. Maternus, docuere jam gesta D. Eucharitii superius compendio data. Colonienfibus fimul & Tungris Apoftolus miffus, vitam vixit Apoftolicam, & vivere docuit Chriftianam. Annis tot vixit Epifcopus, quot diebus in fepulchro delituit, mortuus nimirum 40. Anno itaque alterius Seculi 28. dum Coloniae in caelos evolauit beata anima, corpus miraculis conſpicuum Coloniae Treuiros aſcendit, ut quos Deus coniunxit inter vivos, mors non ſepararet inter mortuos.

## IV. D. AVSPICIVS.

**D**Materno in Sede Treuirenſium ſucceſſiſſe D. Auſpici- um, Author & teſtis eſt Methodius, cuius teſtimonio perſuaſi Martyrem dicimus, & teſtanti Eccleſiae credimus; quo autem mortis genere aut tempore mortem Martyr glorioſus vicerit, ignoramus.

## V. D. CELSVS.

**P**oſt S. Auſpicium felici ſorte auſpicatus Epifcopatum Tre- virenſem S. Celſus feliciori morte finiit: poſtquam vide- licet non niſi 13. annis, cum multis jam Chriſtiano- rum hoſtibus, armis certavit ſacris, inter Martyres Dux ſtetit, dum cecidit an. 142. 23. Februarii. Seculo dein X. ejuſdem re- liquias Egbertus Archipraeful laudatiſſimus e ſepulchro eruit, atque in editiori loco collocavit, quibus debitum ſuum honorem exhi- bendum eſſe ſuaſerunt miracula, nimirum & odor & ignis coeleſtis, cum hic illaſas ſervaret, ille infirmis vires & ſpiritum daret.

VI.